
Lingua Malayana

Lingua Malayana[1] (Malayane *Bahasa Melayu*) est lingua Austronesia qua Malayani in Paeninsula Malaccae, Thailandiae meridie, in Singapura et in Sumatrae partibus utuntur. Ea est lingua publica Malaesiae et Bruneii, una ex quattuor linguis publicis Singapurae, et lingua laboris in Timoria Orientali.

Indonesia Malayanae variante Lingua Indonesia (Indonesice *Bahasa Indonesia*) nota utitur; ergo Malayana et Indonesia variantia unius linguae sunt.

Publicum exemplar Malayanae est, consensum cum Indonesia, Malaesia, et Bruneio, nuncupatum lingua Riavica (Riavice *Bahasa Riau*), archipelagi Riavici lingua, quod per multum temporis Malayanae originis locus putatum est.

Lingua Malayana Bahasa Melayu بهاس ملايو	
Taxinomia:	Linguae Austronesiae Linguae Malayo-Polynesiae Linguae Malayo-Polynesiae Occidentales
Locutores:	Plus quam 176 000 000
Sigla:	1 ms, 2 may, 3 msa
Status publicus	
Officialis	Bruneium, Indonesia, Malaesia, Singapura
Privata	Thailandiae meridies et Philippinarum meridies
Litterae:	
Scriptura:	Latina et Iavica
Procuratio:	Majlis Bahasa Brunei-Indonesia-Malaysia, Dewan Bahasa dan Pustaka et Pusat Bahasa



Familiae linguisticae coloribus Vicipaedicis pictae

Index

Origo

Lingua Malayana ex Sumatra Indonesiae venit, ubi eius proximi consanguinei sunt. Veterrima inscriptio Malayana, Inscriptio Kedukan Bukit, in Sumatra inventa, in diem circa saeculum septimum decimum exeunte ascribitur.

Modi dicendi

Salve. - Helo. - [hé-lo]

Vale. (*si consistis*) - Selamat jalan. - [se-lá-mat dʒá-lan]

Vale. (*si linquis*) - Selamat tinggal. - [se-lá-mat tíng-gal]

Quomodo vales? - Apa khabar? (*kh* pronuntiatur ut Gadelice *loch*) - [á-pa khá-bar]

Bene gratia. Et tu? - Khabar baik. Apa khabar? - (*kh* pronuntiatur ut Gadelice *loch*) - [khá-bar baj(k) á-pa khá-bar]

Ita (**est**). - Ya. - [ja]

Non. - Tidak. - [tí-da(k)]

Excusatum (**-am**) **me habe.** - Maaf. - [ma-áf]

Ubi latrina est? - Tandas di mana? - [tán-das di má-na]

Quaeso. ('*fer auxilium', si aliquid eges*) - Tolong. - [tó-long]

Quaeso. (*quando aliquid das*) - Silakan. - [si-lá-kan]

Gratias tibi (**ago**). - Terima kasih. - [te-rí-ma ká-si]

Maximas gratias (**ago**). - Terima kasih banyak-banyak. - [te-rí-ma ká-si bán-ja(k)-bán-ja(k)]

Accipe sis. (*singularis*) / **Accipite sultis.** (*pluralis*) - Sama-sama. [sáma-sáma]

Ignosce mihi. (Anglice: *I'm sorry.*) - Maaf. - [ma-áf]

Sum tristissimus. (Anglice: *I'm very sorry.*) - (Minta) Maaf. - [mín-ta ma-áf]

Intelligo. - Saya faham. - Sáj-a fá-ham]

Non intelligo. - Saya tak faham. - Sáj-a ta(k) fá-ham]

Es pulcher. - Kamu cantik. - [ká-mu tʃán-ti(k)]

Amo te. - Aku cinta pada mu. - [á-ku tʃí-nta pá-da mu]

Nexus interni

- Lingua Indonesia
- Lingua Riavica
- Linguae Austronesiae

Notae

1. Pro nomine adiectivo, vide *Ansonia malayana, Bathyclupea malayana, Dinochloa malayana, Eupanacra malayana, Euponera malayana, Hanguana malayana, Irvingia malayana, Knema malayana, Maingaya malayana, Pangio malayana, Rhopalocera malayana, Saurauia malayana,* et epitheta aliarum specierum.

Litterae

- Lonely Planet - *Malay Phrasebook*, editio secunda, Februarius 2002.
- Ebbe Vilborg - *Norstedts svensk-latinska ordbok*, editio secunda, 2009.